

Band III., Nr. 900, Seite 403-404

Diether, Kanoniker der Kirche des hil. Germanus in Speyer, beurkundet den durch Schiedsspruch des Ritters Heinrich von Enzberg bewirkten Vergleich zwischen dem Pleban Markwart von Iptingen und dem Abt und Konvent zu Maulbronn über die Hälfte des großen und kleinen Zehntens und eines Hauses in Iptingen.

Dürrenz, 1237. August 25.

Ditherus, canonicus ecclesie sancti Germani Spirensis, vices prepositi sancti Widonis eiusdem loci gerens, omnibus imperpetuum. Dignum est et equitas iuris simul et rationis exigit, ea, que ad bonum pacis spectant et concordie, firma stabilitate videlicet litterarum testiumque discretorum munimine roborari. Notum sit igitur universis ac singulis presens scriptum intuentibus, quod Marquardus plebanus ecclesie de Vbetingen renunciavit solempniter et sub periculo dicte ecclesie omni actioni quam habere videbatur contra dominum abbatem et conventum Mulenbrunensem^a, ordinis Cisterciensis, super mediante maioris et minoris decime ville memorate, nec non super quadam domo ibidem sita, ratione arbitrii in me et dominum Heinricum, militem de Enzeberc, legaliter compromissi. Prefatus vero abbas nomine sui et conventus prefato contulit M. plebano universam decimam antedicte ville minutam, que infra septa solvitur, cum iure decimarum feni ad eos spectantium libere atque quiete per decennium percipiendam. Hec itaque forma arbitrii si a domino abbate et conventu Mulenbrunensi in aliquo fuerit violata, nobis arbitris ad decem talentorum partique adverse ad quadraginta talentorum Halleusium tenebuntur solutionem; si vero a parte plebani, ipse a iure dicte cadet ecclesie et nobis arbitris in tanto, ut pars altera in penam erit obligata^b. In cuius compositionis certam evidentiam, robur et memoriam presentem paginulam exinde confectam meo, dominorum abbatis Mulenbrunensis, Wernheri et Wortwini de Brethehein et de Gladebach¹, decanorum Spirensis diocesis, dignum duxi sigillis confirmandam.

 Actum apud Dürrenz, anno domini M^o. CC^o. XXX^o. VII^o., VIII^o. kalendas Septembris.

^aEs steht durchgängig *Mulenbr* mit Abkürzungsstrich durch das *r*.

^bIn der Urkunde steht abgekürzt *us* statt *a* in *obligata*.

¹Groß- und Kleinglattbach.

II

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An Pergamentstreifen hängen vier länglich runde Wachssiegel. Das erste, rote Siegel zeigt Adam und Eva vor dem Baum mit der Schlange. Umschrift: + *Sigillum* . DITHERI . CAN . S . GERMANI . In . SPIRA . (E und M gerundet). Das zweite, gelbbraunliche Siegel zeigt einen stehenden Abt mit einem Buch in der Linken und dem Stab in der Rechten. Umschrift: + S . ABBA*ti*S . IN . MVLEBRVNEN (E und M gerundet. Es stand anfangs nur ABBAS, das dicht davor gesetzte S, ebenso der zwischen A und S übergesetzte Querstrich für *ti* sind, wie es scheint, erst nachträglich hinzugefügt). Das dritte, an dem oberen und unteren Ende etwas beschädigte, rote Siegel führt ein W mit übergesetztem, in der Mitte aufwärts gebogenem Querstrich. Umschrift: + *Sigillum* DECANI IN BRETAGN. Das vierte Siegel ist dem Anföhlen nach zerbrochen und deshalb aus dem Säckchen, in das es eingenäht wurde, nicht zu befreien.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 502 U 171

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Dürrmenz

Aussteller:

Diether; Kanoniker der Kirche des heil. Germanus in Speyer

Ortsindex:

Bretten Wohnplatz (5295)
 Bretten, KA
 Dürrmenz Wohnplatz (7058)
 Dürrmenz, Mühlacker, PF
 Enzberg Wohnplatz (7061)
 Enzberg, Mühlacker, PF
 Großglattbach Wohnplatz (7062)
 Großglattbach, Mühlacker, PF
 Iptingen Wohnplatz (7113)
 Iptingen, Wiernsheim, PF
 Kleinglattbach Wohnplatz (1118)
 Kleinglattbach, Vaihingen an der Enz, LB
 Maulbronn Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF
 Speyer, SP